est surreptitia tamen revera propter hoc non censetur beneficiatus nec beneficium assecutus per quod fit eius non in c. Si motu proprio de preb. li. vi. In questione fuit allegatum quod canonia est beneficium ad effectum de quo queritur quatuor modis seu medijs videlicet nomine titulo prerogativa et reali comodo. Nomine dicitur beneficium quia est ius quoddam spirituale quod ex electione seu institutione aliquis receptus in canonicum vel in fratrem oritur vel creatur/ et vocatur hoc spirituale beneficium seu ministerium ecclesiasticum ex quo competit stallum in choro et locus in capitulo et vox ut c. dilectus et c. relatum et notatur per archidiaconum in c. hiis qui de preben. li. vi. Nomine enim beneficij intelligitur canonia ut expresse notat archidiaconus in c. ponti de preben. li. vi. Et a significatione nominis arguitur de preben. cum secundum nomine aliquem sine effectu consulnet vite significatione c. statutum de rescriptis. Cum ergo canonia sit beneficium nomine posito quod non auferat realem comodum sufficit arg. premisso ar. et l. Sed quod canonia sit beneficium ecclesiasticum quod sine canonica institutione sine receptione canonicorum absens sive vocandi alioquin eis institutionibus non valebit processus nec receptio ut in c. Cum in ecclesijs de elec. li. vi. Nunquam titulus scilicet canonie in locum non dicitur nec per ipsum potest obtineri quomodo ut notatur in c. Cum accessisset de consti. super verbo recepit ergo ratione tituli potest canonia dici beneficium. Tercio quod canonia sit beneficium ecclesiasticum ratione prerogative potest declarari sic quod canonia et dignitas censentur de rescriptis c. statutum c. 1 li. vi. Nam illis sic existentibus in dignitate committitur cause a sede apostolica ut ibi. Sed quid si sit canonicus ecclesie cathedralis potest ne esse delegatus a sede apostolica cum sub expectatione prebende dicunt doctores quod sic quia in hiis de legatis plus considerant dignitas sive honor canonie quod plus habet spiritualitatis quam preben. que habet plus temporalitatis prout notat Guill. in c. ex. ... sedes apostolica propter quam prerogativa canonia dicitur iura et preben. filia quod ex canonia procedit et pera nisi statuta est prout ibidem Guill. notat in dicto c. Si inter de preben. li. vi. Qualiter hunc canonia debet in ... electionibus tractantibus consilijs et alie vocantibus ut dicit ... bus et doc. primo medio supra allegatum et no. ... super verbo canonicos ad si magnus enim honor est quod esse canonici ecclesie cathedralis qui in forma pauperum non cadit ut c. quamvis de preben. li. vi. et enim canonica ad ecclesiam propter honorem ecclesie cathedralis in scribi non dicitur notat Archidiaconus in c. 1 de consue. in glo. et in fi. li. vi. Quarto quod canonia sit realiter in beneficium ecclesiasticum probatur per premissa quia tamen solus canonicus recipit distributionem cotidianam ut dicitur c. dilectus et c. relatum participabit enim de quibus redditibus et super excrescentibus fructibus ut c. cum omnes et c. cum ex. de consti. et ibi no. habebit eciam mensam grossam preter omnes fructus ut c. cum omnes ibi non est distinctio preben. ut c. dilecto de preben. de rescriptis pre. capitulo et c. si li. vi. Preterea hunc quamvis in dicta forma pauperum postea impetrat specialem de canonicatu sub expectatione preben. statim cessatur prima et cassatur in litteris secundis ratione quod iam censetur beneficiatus et sic non pauper ut c. si pauper

Si canonicus ecclesie cathedralis sub expectatione prebende possit esse delegatus apostolicus sic